

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors ac  
cum fonte primo

Cum uenerit et plus confer  
a ei

qui de sua spe et operacione  
securus est confestim pulsanti aperit  
quia letus iudicem sustinet et cum  
tempus propinque mortis agnouerit de  
gloria retribucionis ylarescit.

Gregorius in omelia.

Bene autem de seruis exspectantibus  
subditur: *Vt*

cum uenerit et pulsauerit confestim  
aperiant ei (Luc. 12:36).

Venit quippe cum ad iudicium properat,  
pulsat uero cum iam per aegritudinis  
molestias esse mortem uicinam designat.  
Cui confestim aperimus, si hunc cum  
amore suscipimus. Aperire enim iudici  
pulsanti non uult qui exire de corpore  
trepidat, et uidere eum quem  
contempsisse se meminit iudicem  
formidat.

Qui autem de sua spe et operatione  
securus est, pulsanti confestim aperit,  
quia laetus iudicem sustinet, et cum  
tempus propinqua mortis agnouerit, de  
gloria retributionis hilarescit.

Gregorius Magnus, *Homiliae in*  
*euangelia*, 13, 3 (CCSL 141, R. Étaix  
ed., p.91, ll.36-45).